TRACTATIO

Solemus nos, nos humillimi Tui Clientes, sæpè ante oculos nobis ponere, idq; libenter [illegible]
crebris usurpare sermonibq: omnes nostrorum Regum, omnes exterarum gentium,
omnes genere ac virtute illustrissimorum Hollandiæ Ducum res gestas cum [illegible]
nec Martis felicitate nec conficiendi celeritate posse conferri. Quid? Quod et [illegible]
bis ipsis persuadere haud possimq: mari disjunctas terras citiq cuiqquam [illegible]
potuisse peragrari, quàm Tuis, ne dicam, cursibq, sed victoriis illustratæ sunt.
Illustratæ disjunctæ sunt terræ victoriis Tuis: quas quidem nisi nos ita magnas esse [illegible]
fiteremur, ut easdem nulla cuiqquam mens aut cogitatio capere posset, amentes [illegible]
simq omniq humanitatis sensu carentes. Sunt namq, hæ ipsæ majores dictu, majores
cogitatu, majores auditu. Reperiuntur quidem non pauci, qui bellicas extenuare
re verbis solent laudes, easq detrahere Ducibq, communicare cum militibq, ne
propriæ sint Imperatorum. Juvat siquidem multùm in armis militum virtus,
sociorum auxilia, classes et commeatq: vendicat sibi maximam fermè partem
jure quo suo fortuna, et, quicquid prosperè gestum est, id penè omne ducit suum.
Jam tum verò hujq gloriæ, gloriæ hujq ac victoriæ divinitq datæ, quam non ita
pridem adeptq, socium habes neminem. Totum hoc, quantumcunq est, quod [illegible]
maximum est, totum, inquam, tuum est. Nihil profectò Tibi ex istâ laude [illegible]
Brandenburgicarum copiarum Dux, Comes de Schomberg, nihil tot Capitanei [illegible]
quot numerat Belgium, nihil in Regem armatæ Anglorum copiæ, nihil Hollandorum
turmæ decerpunt. Quin etiam vel ipsa rerum humanarum domina, fortuna, in [illegible]
se societatem gloriæ offerre detrectat, Tibi cedit, tuum se esse totum et proprium [illegible]
tur. Nunquam n. temeritas cum sapientiâ commiscetur: nec ad consilium [illegible]
admittitur. Domuisti, Princeps potentissime, momentô Marte potentissimas Regis [illegible]
multitudine suâ ferè innumerabiles: turbarum harum tubas ac faces sine pugnâ [illegible]
Domuisti impurum illum abatorum, qui nihil non nigrum tingere meritò creduntur [illegible]
gregem, regnôq exturbasti: Regem ipsum, omni armatorum Virorum genere instructum,
sine cæde, sine sanguine vicisti. Vicisti Tuâ, quâ polles humanitate eâ, quæ et naturam
et conditionem, ut vinci possent, habebant. Nulla quippe tanta est vis, tanta copia,
quæ non mansuetudine ac humanitate singulari debilitari frangiq possit. At v. cœlitus
natam ac datam victoriam temperare, jacentem imò desolatam provinciam, quæ, quid [illegible]
claritatis, quid voluptatis olim habuerit, vix dici potest, non modò extollere, sed am-
plificare etiam ejq pristinam dignitatem, quanti res est negotii? Hæc qui facit,
eum non modò summis Viris comparamq, sed et simillimum DEO judicamus. [illegible]
utiq Nos Te, serenissime Domine, DEO simillimum: qui ad incitas fermè redactam
olim nostram, nostram Patriam, ab interitu vindicasti: qui in pristinum restituisti [illegible]
tum id: quod abrogatum inq squalore situm putabant multi. Per enim immortalem
DEUM, quæ Angliæ species? quæ oppidorum celebritas? quæ regionum forma?
qui agri, quæ fruges? quæ per totum terrarum orbem celeberrimæ Urbis, [illegible]
pulchritudo? quæ Reipubl. dignitas? quæ nostrû Regni Procerum autoritas futura
esset: nisi serenissimq hic Princeps adventâsset, nobisq ope suâ ac consiliô succur-
risset? Sed tq. bona valetudo jucundior est iis, qui è gravi morbo recreati sunt, [illegible]
qui nunquam ægrô fuerunt corpore: sic ea omnia desiderata magis, quàm assidue
percepta, delectant. Quærat, quò hæc pertineant, aliquis? Eô pertinent: ut intellige-
re possitis, neminem in nobilissimâ ac splendidissimâ hac Procerum Concione
tantâ esse eloquentiâ, neq tam divinô ac incredibili dicendi genere: qui tantam
Tanti Principis benignitatem non modò augere aut ornare oratione, sed enumera-
re aut consequi possit. Celebrabitur ergò singularis hæc Tua, illustrissime